
P. Palladius

Formula visitationis provincialis

1555

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

7,-6 DA Box
8°

LN 1273
ex. 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

FORMVLA VISITATIONIS PROVINcialis ſeu præpoſitorum conſcripta a

DOCT: PET: PALL:

Johannes Vimiter

I. COR: XIIII.

Omnia pro decoro & ſecundum ordinem fiant inter vos.

1555.

7643

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Venerandis viris / Eccle-
ſiarum ⁊ Scholarū in his regnis ⁊ terris / Daniæ / Noruegiæ / Rugiæ / Gothiæ / Iſlandiæ ⁊ Farenſium inſularum / præpoſitis / ſuis Dominis ⁊ fratribus in Chriſto chariſſimis.

GRatiam / miſericordiam ⁊ pacem a Deo patre ⁊ Domino noſtro Ie-ſu Chriſto. Poſtquam venerandi viri / Domi-nis Superintendenti-bus huius regni Da-niæ / quando nuper admodum ex manda-to Sereniſſimi Regis hic Haffniæ congre-gati fuerunt / ita plauit / vt hunc libellun viſitationis præpoſitorum / cum aliis qui-

buſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

buſdam Synodalibus/quæ pro noſtris tã-
tum Eccleſiis & Scholis in vſum præpoſi-
torum Selandinorum hactenus conſcripſe-
ram/in primis excudi typis curarem/vt in
vſum aliorum quoque diuulgarentur / id
quod eis petentibus pro mea qualicunqꝫ
erga dominos & fratres noſtros beneuolen-
tia denegare non potui/quantũuis hæc ea-
dem in noſtris Eccleſiis & ſcholis propemo-
dum trita ſunt. Hanc enim formulam vi-
ſitationis prouincialis / pio & fideli viro
prouinciæ Calenburgenſis præpoſito/do-
mino Melchiori Iohannis / ante aliquot
annos his verbis & hac Epiſtola dedicaui.

Quanq̃ optime frater & fidelis in
verbo Dei cõminiſter / formula viſitatio-
nis tuæ non ſolum ex ipſa ordinatione/ſed
etiam ex mea diœceſana Eccleſiarum viſi-
tatione peti poteſt / tamen quia certam ex
me viſitandi formulam petis/ meam qua-
lemcunqꝫ operam & quantulamcunqꝫ/ tibi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

denegare non poſſum. Video enim ſumme neceſſariam eſſe non tantum Superinten-dentis / ſed etiam præpoſitorum viſitatio-nem, tam ruri / q̃ in oppidis & ciuitatibus / vt nemo ſit qui iure poſſit huic neceſſitati / reclamare. Nam vt maxime accepti & ex-penſi ratio ſeu computatio ad alios de-uoluta nõ pertineat nunc ad officium præ-poſiti iuxta ordinationem hic in Selandia / tamẽ adhuc plus ſatis habet quod agat in ſingulis Eccleſiis / modo fideliter alio-qui ſuo officio ſatiſfacere velit.

Primum enim quantum ad ip-ſos Parochos attinet / non omnes conſer-uant ſemper eandem & perpetuam / vel in doctrina ſynceritatẽ / vel in vita puritatem quin affectibus vitioſis interdum laborent ac indulgeant / vt homines ſumus / & nihil humani / a nobis alienum eſſe putemus.

Deinde nociua & pernicioſa illa / quo-rundã ludimoderatorum / in erudienda iu-uentute ſcolaſtica / tum diaconorum in

catechizandi

catechizandis pueris ruralibus ſegnities non paruam huic viſitationi occaſionem præbet.

Adhæc etiam negligentia tutorum Eccleſiæ & pauperum / in multis locis reprehendenda & corrigenda eſt.

Poſtremo vulgi licentiam / impietatem / pertinaciam / ingratitudinem / libidinem / & mores vitioſos emendare / ſubinde neceſſarium eſſe quis non videt? Ideo non poſſum ſatis ridere temeritatem / ne dicam inuidentiam illorum / qui hæc omnia nunc calumniantur & in peiorem partẽ interpretantur nunc alios etiam ſummos viros perperam informant / quaſi hæc viſitatio ſit inſtituta quæſtus gratia / propter lucellum / quod inde corradi poſſit / & nõ magis ad gloriam Chriſti. Sed tales ex muſca Elephantem / et ex Elephante muſcam faciunt / excolantes interim culicem / et Camelum deglutientes / vt Crocodyli lachrimis Eccleſiarum iacturam deplorare videantur. Sed nos interim opor-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

tet / quantum fieri poteſt / implere omnem
iuſtitiam / hoc eſt / noſtrum officium fide-
liter facere / et laborare in vinea Chriſti.
Plura ſunt in meos humeros conuecta / q̃
vt ferendo par eſſe poſſim. Mea viſitatio/
ſi ſuperſtes fuero / vix intra quinquenniũ fi-
nietur / vt taceam ꝙ vnus vir / nullus
vir. Quis ergo non animaduertit præ-
poſitos ex mera neceſſitate Superintenden-
tibus additos eſſe / videlicet vt in rebus tam
arduis eos iuuare et aliquot ſaltem oneri-
bus leuare queant. Habent enim Superin-
tendentes ſuos Præpoſitos eadẽ de cauſa/
qua Moſes ſuos Centuriones ac decurio-
nes / et Paulus ſuos Timotheos et Ti-
tos / nimirum vt q̃ deſunt / corrigant / ꝗ ſint
comminiſtri in verbo et Epiſcopatu / ad
ſubleuationem Superintendentis / ne tam
ingenti occupationum mole prematur / vt
ante tempus in opere deficiat et ſuccũbat /
ſed vt id quod ex gratia Dei præſtare
poteſt / diu poſſit. Quare nihil eſt ꝙ qui-
dam Præpoſiti tergiuerſantur et detrectant

hanc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

hanc viſitationem / deterriti vociferationibus maleuolorum hominum / qui quæſtũ et auaritiam interpretantur. Habent enim in ordinatione Sereniſſimi Regis mandatum / vt ſingulis annis viſitent Eccleſias prouinciales / cum nõ liceat Superintendẽti niſi quarto quoqꝫ ãno omnes huius diœceſis Eccleſias viſitare. Quod regiũ mandatum / ſi quis contemnit / ignominioſa depoſitione cedat fideliori miniſtro / qui laboret et fructum faciat in vinea Domini. Proinde mi Domine Melchior / cum neceſſariis de cauſis inſtituta ſit Præpoſitorum viſitatio / tuæ tã ſanctæ / tam vtili / imo tam neceſſariæ petitioni non grauatim morem geram. Interim in Chriſto vale. Ex prouinciis 16. Auguſti. 1543.

Precor itaqꝫ venerandi viri & fratres vos omnes & ſingulos / vt hæc mea ſcripta qualitercunqꝫ ſcripta & edita boni conſulere velitis. Deinde veſtris Eccleſiis &

Miniſtris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Miniſtris Eccleſiarum & Scholarum/ hæc vbi neceſſitas poſtulat/ fideliter proponere & inculcare. Poſtremo cum omnibus piis/ ardenter orare Deum & patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti/ videlicet/ vt ipſemet ſuo ſancto ſpiritu/ qui nobiſcum veritati teſtimonium perhibebit/ tam ſcholas quam Eccleſias omnes in his regionibus & terris/ ad ſuam ſempiternam gloriam defendere & gubernare dignetur. Vos in Chriſto Jeſu fœliciter valete. Haffniæ 7 Junii 1555.

Formula Viſitationis prouincialis ſeu præpoſituralis.

PRimum/ temporis/ loci/ & perſonarũ circumſtantias videamus.

Tempus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Tempus.

TEmpori ſeruiendum / vt inquit Paulus. Quare mihi conſultiſſimum videtur eſſe vt excepta hyeme / reliquas anni partes ſibi ſumat præpoſitus ad viſitandū vt vel in vere / cum frondent ſyluæ cum formoſiſſimꝰ annus / vel in æſtate, vel poſt collectas fruges / in autumno / ſi piſcatura non obſtat / viſitationem inchoare & abſoluere poſſit / Præterea nō continuis diebus ſed ſucceſſiuis ſeptimanis meo iudicio / ſuſcipienda eſt hæc viſitatio. Danda eſt enim opera ne propria præpoſiti Eccleſia propter viſitationem detrimētū patiatur. Ideo nunc hanc / nunc illam eccleſiam / quaſi aliud agens inuiſere poſſit / ne vel ipſe laboribus obruatur / vel ipſius populus iuſto & ligitimo miniſterio deſtituatur. Adhæc etiam non videtur conſultum / vt diebus Dominicis viſitet Eccleſias / ne vtrobiqꝫ ſacra impediantur ac negligantur / hoc eſt tam domi apud ſuos / q̃ foris apud eos /

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

quos viſitare die dominico preſumit. Eligat potius vel diem Martis/vel diem Iouis/ vel ſi libet diem precationis / vt vna & eadem opera/ tam precatio quam viſitatio fiat. Omnia tempus habent.

Iocus.

POterit ſemper domi ſuæ pernoctare/et ſummo mane/ incurru vel in equo / ſe ad Eccleſiam viſitandam conferre/ ne nimiis ſumptibus Eccleſia grauetur / quod quidam futurum ſuſpicantur. Nec vltra duas aut tres horas apud tutores manendum eſt/ ne ventris cauſa viſitationem inſtitutam eſſe cauſentur et columnientur. Illud ſumme cauendum eſt / ne quiſq̃ inuitetur ad prandium / quaſi ſub pretextu et nomine præpoſiti/ne graues tandem Eccleſiæ ſũptus perturbent ac deſtruant viſitationem/ Si quos volunt Tutores inuitare/ faciant id ex priuato/ vel ſuo nomine / non præ-

poſiti /

poſiti / ne prandii ſumptus in magnam pecuniæ ſūmam contrahatur. Imo meum cōſilium / eſt vt mox a prādio curet ſubduci rationem / vt certo ſciat / quanti conſtiterit Eccleſiæ prandium quod ſumpſerat / ne mendaciis eum circumueniant alicubi callidi Tutores et apud præfectum regiū, cui cōmiſſum eſt hoc munus / vt bonorum Eccleſiaſticorū ratione habeat / accuſent / ac viſitationem Eccleſiarum impediant ac remorentur. Tales enim ſūptuoſi præpoſiti præbent occaſionem huius mali / quod Eccleſiæ Chriſti / deinde miſeri parochi quibuſdam aulicis / vt vocant / præpoſitis ſeu potius aſinis onerentur et grauentur.

Perſonæ

Perſonæ cum quib9 agere debet / ſunt. 1 Paſtores. 2 Diaconi. 3 Tutores Eccleſiæ. 4 Tutores pauperum. 5 Populus.

Hic enim ordo ſeruari poteſt / vt de pa-

ſtore

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

ſtore et diacono / populum et tutores / deinde viciſſim de populo et tutoribus paſtorem et diaconum interroget / ita vt appellet ad cuiuſque conſcientiam / ne quiſq̃ ſit / qui vel ad alterius negligentiam et vitia conniuere audeat / vel de aliis mentiri præſumat / Et in quocunq; negligentiam depreſſenderit / hanc corrigat / et illum obiurget. Et vt Paulus inquit / Publice peccantes coram omnibus arguat / vt cæteri timorē habeant. 1 Timot: 5 Sed cum manſuetudine et lenitate / ne quis in conſpectu multitudinis pudefiat / ita vt potius frangatur / q̃ vt ſe corrigi patiatur.

Porro viſitationis initium ſumat ab inuocatione. Nu bede wi den hellig Aand &c. Vt etiam interim Eccleſiā canētem audiat. Deinde paſtor loci ſuggeſtum aſcendat / breuem concionem habeat videlicet vt vnum aliquem locum communem percurrat / ne prolixitate ſua tā populo tediū pariat quam præpoſiti viſitationem impediat.

Finita

Finita conciuncula canat populus. Ære vœre Gud fader i Himmerig etc· Finita gratiarum actione præpoſitus accedat populum /et ante omnia totum locum in ordinatione Regia /de officio præpoſitorum/ valde diſerte et diſtincte recitet / vt omnes intelligant totum illud/quod ad ipſius officium requiratur / ne de proprio ipſum aliquid loqui /ſine mandato /ſuſpicentur. Nã ſine mandato nihil preſumat. Et quod ſua nõ inter eſt /percontari deſinat etc. Nũc vel ſtando ad latus altaris / vel collocando ſe in ſubſelliis ſuperioribus /de ſingulis audiat / et diſcat ea quæ vera ſunt / ita tamen vt vltra vnam horam non extendat/ neqꝫ protrahat viſitationẽ / cum ſingulis annis ad Eccleſiam ſit rediturus.

De Paſtore.

quærendũ eſt an

R Ecte et ſyncere prædicauerit euangelium

Craſſius et rudius docuerit eos Catechiſmum.

Sacramenta ſingulis et omnibus miniſtrauerit.

In tempore viſitauerit ægrotos.

Vita ipſius reſpondet Euangelicæ doctrinæ.

An cœlebs an maritus / Si cœlebs /

An habet apud ſe mulieres publicas et famoſas / Si maritus.

An habet liberos et familiam ſibi obſequentem in omnibus.

Si Vxorem habet probam et honeſtam.

Si cum grauitate domui ſuæ præeſſe poteſt.

An ortum ſit aliquod ſcandalum vel ex doctrina vel vita vel familia ipſius.

Vtrum conuerſatio talis ſit / vt omnes cum eo commode conuerſari poſſint / in templo / conuiuiis / agris.

Item

Item an quæ ſua ſunt magis curet q̃ quæ Ieſu Chriſti.

An intrepide vitia quorumcũq; reprehendat/et facinoroſos excommunicet.

Si diſſidet in miſſa et ceremoniis aliis/ a reliquis fratribus prouincialibus.

In ſumma/an talis ſit/vt tuto ſuam ſalutem ei concredere poſſint.

Hic ſi quid ex aduerſo reſponſum fuerit/ diligenter expendat præpoſitus/an ſit querela publica totius populi/ an priuata.

Si publica/mox quantum poſſibile eſt corrigatur negligentia. Si priuata/citet ad ſe certo tempore/tam actorem q̃ paſtorẽ/ vt ea controuerſia bene diſcuſſa et examinata/dirimatur. Nec opus eſt vt quiſq̃ reſpondeat ex populo priuſq̃ recitauerit præpoſitus omnes ſedecim articulos/ de doctrina/ vita et conuerſatione parochi/ Tum demũ interroget eos/an ſit aliquis/ qui habet/quod contradicat ſuo paſtori/

dent

det illi teſtimonium vt meritus fuerit/ ſalua cuiuſqꝫ conſcientia / ne quicq̃ vel propter amicitiam diſſimuletur vel propter odium exaggeretur.

De Diacono.

POpulum interroget de diacono /ſiue adhuc ſit Scolaſticus ſiue ruri maritus/an et ipſe.

Docuerit fideliter ruſticanam iuuentutem Catechiſmum / tam in templo q̃ in pagis tempore ꝑſcripto.

An iuxta antiquam conſuetudinem pulſat/ Templũ verrit / In æſtate illud frondibus ornat.

An in ſummis tribus feſtis latine et in reliquis omnibus danice conſuetas cantilenas cecinerit / et populum ad cantandum inſtruxerit.

Vtrũ in omnibus q̃ ad officium ipſius ſpectant tam parocho q̃ populo debitam obedientiam ꝑſtiterit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Super hæc etiam de vita / conuerſatione / vxore / & familia diaconi diligenter inquirat / negligentiam corrigat / vitia emendet. 1 Timoth 3.

De tutoribus Eccleſiæ.

An ſint rite vocati ad illud munus & q̃ diu fuerant in officio.

An Rationem habuerint tecti / feneſtrarum / cemiterii / & totius ſtructuræ templi.

An quiſq̄ ſit / qui poterit illos iure reprehendere vel accuſare ſubtractionis aut negligentiæ.

An fideliter in omnibus ſuo officio ſatiſfecerint / circumportando tabulas (vt vocant) in ſingulis fæſtis.

Hic circumſpiciat præpoſitus & attendat ad ſuggeſtum / ad altare / ad ſacrum fontem / ad feneſtras / ad ſubſellia / ad teſtudinem / ad parietes / ad veſtes / & alia requiſita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

quiſita.

Si quid eſt quod opus habet reparatione/correctione/ & emendatione &c.

Conſideret etiam foris / templum & cemiterium / priuſq̃ ingrediatur templum.

Si opus fuerit admonitione / modeſte ac moderate ſaltem admoneat tutores ſui officii / rationem vero accepti & expenſi remittat ad regium præfectum.

De tutoribus Pauperum.

Sint veri pauperum diaconi ſeu miniſtri / vt Stephanus Hieroſolimis et Laurentius Romæ.

NB. Viſitent ægrotos morituros ꝓ colligenda ſtipe in vſum pauperum.

An Circumportent ſingulis feriis tabulas quas vocant pauperum.

Ex ærario pauperum ad ianuam templi poſito diſtribuerint collecta / pro cuiuſq; neceſſitate.

Fuerint

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

An fuerint pauperibus fideles in omnibus / Hic exponat illis / qui nam ſunt veri pauperes in pagis illius parochiæ &c.
Domeſtici pauperes / Huſarme folck.
Qui habitant in domunculis / Gadehuſfolck.
Decrepiti viri et mulieres.
Qui laborant paraliſi / morbo gallico et aliis difficultatibus.
Miſeræ viduæ.
Orphani et pupilli.
Pauperes puerperæ.
Pauperes puellæ / quibus detur ſubſidiū / vt fiant coniuges.

Summa omnes pauperes in illa parochia.

De Parochianis.

Populus diuidatur in duas claſſes Seniorē ſcilicet et Iuniorē / ſeu in quatuor claſſes.

Io

In prima claſſe ſunt qui duxerant vxores/ et vel hodie ſunt vel ante fuerant mariti. In ſecunda ſunt mulieres omnes innuptæ in domino. In tertia ſunt virgines et puellæ omnes. Hic ex ſingulis claſſibus eligendi ſunt duo vel tres / qui ſimul ordine recitent Catechiſmi partes. Id fiat in primis cum conſilio parochi et diaconi quinam ſint eligendi/ ne confundantur/ qui ignorant / et inde fiat viſitatio non parum odioſa. Paulus omnibus omnia factus eſt/ vt multos Chriſto lucrifaceret.

Omnia fiant ad ædificationem. Hic interroget parrochum & diaconum de profectu vulgi in doctrina religionis / & incremento verbi / de pietate & honeſtate publica.

Omnes ament veram pietatem.
In tempore frequentent ſacra.
Sæpenumero communicent.
An Concinunt pſalmos & cantilenas ſacras.
Seruent publicas & honeſtas ceremonias.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

nias/procumbendo/ ſtando/ ſeden-
do/prout res poſtulat in templo.

Conferant aliquid in vſum paupe-
rum.

Conueniant ad letanias/hoc eſt/ ad
prædicationem & orationem pro pace.

An Honeſte ſe gerant in omnibus/ cum
ſint in templo. Om kircke ſteffne
heller ſogne ſteffne.

Animos adhuc papatui addictos ha-
bent.

Adhuc roſaria ſecum geſtant.

Potationibus indulgent.

Iuramentis & maledictionibus aſ-
ſuefacti ſunt.

Sint ne inter eos qui Sacram concionem
contemnunt. Publicam vitam in adulte-
rio/ fornicatione /aut ſcortatione ducunt.
(Om trol konet)

Item ſint ne inter eos qui publicam
pœnitentiam contemnunt/ vt excom-
municati/ homicidæ/ adulteri & oppreſſo-
res infantis proprii.

Sint ne deniqȝ inter eos qui male do-
mi audiunt apud vicinos.

Tandem exquirat quomodo affecti
ſint erga parochum et diaconum.

Suſtentatione eorum.

Decimatione vera.

Donationibus.

De Teſtamentariis donis.

Oblationibus feſtiuis et honorificis/
adeoqȝ de omni debita et conſueta
mercede miniſtrorum verbi ꝛc.

An ſint ediuerſo/qui pertinaciter reſiſtunt
eis.

Qui odio perſequuntur eos.

Qui non recte decimant.

Nec dant diacono debitam penſionem.

Vt admoneantur ꝙ vel reſipiſcant/vel iuſto
Dei iudicio pereant ꝛc.

Admoneat eos de ratione feſtorum/
ieiuniorum/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

ieiuniorum /introductionis/et de cura pauperum. De viſitatione ægrotorum. De cõuiuiis / nuptiis/ puerperiis / iuſtitia /dilectione / charitate et veris bonis operibus.

De obedientia magiſtratus.

De mittendis ad ſcholam pueris.

De hoſpitalibus iuuandis.

De diligentia domeſtica.

Si maritus eſt leo in domo ſua.

De pia et honeſta conuerſatione cum vxore/ familia/vicinis et omnibus.

De hoſpitalitate.

Poterit etiam q̃ breuiſſime declamare contra Ebrietatem /malam tractationem vxoris/Scortationem / obtrectationẽ negligentiam in educatione liberorum. Et alia communiſſima vitia /quibus nouit ipſe vulgus ruſticanũ laborare/ Idq; affectibus debitis / vt ſi vis alios flere flendũ ſit tibiipſi ⁊c.

Nunq̃ placuit mihi / quod quidam in concionibus verius cantillant q̃ prædicant aut concionantur. Tales enim geſtus in monaſteriis contracti / aut parum aut nihil ædificant Eccleſiam Chriſti. Carent enim affectibus / tam mitioribꝰ q̃ vehemẽtioribus / quibus vulgus ad pietatem vel allici vel cõpelli deberet. Ideo loquendum et prædicandum eſt in ſuggeſto / non cantandum aut cantillandum. Si habitum et impietates monaſticas ex gratia dei reliquerunt / etiam geſtus monachorum / q̃tum fieri poteſt / dediſcant et omittant.

Nihil enim tam difficile eſt / quin adhibita diligentia facile fiat. Porro priuſq̃ præpoſitus claudat ſeu finiat hanc viſitationem / ac neceſſariam functionem / videtur mihi valde conſultum / vt primum ex 3 capite ad Timot: recitet diſtincte & breuiter textum de officio & vita miniſtrorum verbi ſcilicet parochorum & diaconorum / Vt vulgus intelligat eis præſcriptum eſſe

vitæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

vitæ ſuæ modum.

Deinde ut pari diligentia recitet textum qui eſt vel ad gal: vel ad Ephe: in principio ſexti capitis / de Statibus. vel ad Coloſ: 3. Mulieres ꝛc. vel. primæ Pet: ii. Chariſſimi ꝛc. vel. i Jo: ii. Scribo vobis filioli ꝛc. vel ſimiles locos ſcripturæ / ex Jeſu Syrach ⁊ aliunde / quibus ipſum rude vulgus ad pietatem ꝛ dilectionem inſtitui poſſit / vt ambulet in fide erga deum / ⁊ charitate erga proximum.

Poſtrema clauſula viſitationis ſit oratio / pro religione / pro rege / pro regno / ⁊ pro pace.

Hæc ſit formula et modus viſitandi Eccleſias prouinciales / quomodo ſinguli præpoſiti aut imitentur aut ſi opus fuerit ꝑ circuſtantiis temporum / locorum / et perſonarum mutent / corrigant / et pro ſua prudẽtia excogitent ea quæ Chriſti Eccleſiam ædificant / et exornant ad gloriam Dei ſempiternam.

De his tamen eos admoneo / ne quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

ꝙ faciant quæſtus gratia / & propter conſcientiam & propter eos qui nos obſeruant / Nec quicꝙ vnꝙ diſſimulēt vel propter amicitiam vel propter odium illorum / quos viſitare debent. Sed ſine fuco ſint fideles. Chriſtus conſeruet eos ac fortunet eorum ſtudia et conatus ad ſuam gloriam et multorum ſalutem.

Amen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De Collatione parochorũ ſeu de prouinciali Synodo.

Petrus Palladius ad pium lectorem.

HÆc ꝓuincialis Collatio quæ danicæ Callent vocatur / et nomen habet vel a καλεω ideſt conuoco vel a calẽdis / ſeu a primo die ſingulorum menſium / Hoc quia toties cõuocatio fortaſſis a Præpoſito fiebat / Illud vero / quia parochi et diaconi per præpoſitum ad colloquium pium ac neceſſariũ / aliquoties in anno conuocabantur / fuit proh dolor / vt alia omnia apud papiſtas in magno abuſu / vcȝ: in crapula et ebrietate / in luxu et turpi ocio / nõ ſecus atque Bacchi orgia / in quibꝰ nudi ſaltabant vtriuſqꝫ ſexus ebrioſi homines celebrarentur. Verum quia frequens hæc miniſtrorum verbi Collatio ſuã habet vtilitatem et fines non cõtemnendos / abuſu tandẽ

ſublato

ſublato redeat in verum vſum ac in integrũ reſtituatur/ Quod quidem hoc modo/ qui ſequitur/commode meo iudicio/per occaſionem fieri poteſt/non vt nouæ leges ceremoniales in religione condantur/ ſed vt veteres obſeruentur hoc fine videlicet/ vt eo melius omnia ſecundum ordinationis Eccleſiaſticæ præſcriptum ſeruentur.

De Tempore.

Deberet quidem adminus hæc Collatio quater in anno / hoc eſt / in ſingulis anni quartalibus celebrari / ſed cum id fortaſſis admodum graue parochis et diaconis eſſe videatur / liberum quoties fiat/ modo bis ad minus in anno fiat /relinquatur.

De Die.

Dies/nec dominicus/nec feſtiuus/ ne ſacra impediãtur/ eſſe poteſt/ſed alioqui ſaltem vnus ex profeſtis diebus /vel tertia vel quinta feria præſertim eligatur.

De

De Horis.

Dies apud Iudæos in quatuor magnas horas/ſicut et nox in quatuor vigilias quarum ſingulæ tres paruas horas complexæ ſunt/ diuidebatur. Quod etiam hodie noſtri operarii diurni / per totum diem a mane vſque ad veſperum / quando videlicet /per ientaculum / prandium / merendã et cœnam quatuor magnas numerant horas diei. Quos vel Iudeos vel operarios in hac collatione parochi prouinciales in hunc modum imitentur.

Ab hora quinta matutina / vſqꝫ ad horã octauam ad locum Collationis confluant.

Ab octaua / vſque ad vndecimam / de rebus religionis conferant.

Ab vndecima vſque ad ſecundam horam pomeridianam honeſte conuiuentur.

Deniqꝫ ab hora ſecunda / vſque ad quintam horam domum in pace diſcedant.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De perſonis.

Parochi tantum et diaconi / cum ſuis Vxoribus ad cōuiuium huius Collationis inuitentur / niſi interdum parochorum ſingulares patroni / videlicet / pii nobiles / præfectus prouincialis / aut alioqui potiores et præcipui ruſtici ſuſcipiantur.

De loco.

Loci duo / ſcz / templum et domus parochiana celebrantis Collationē. Templum in quo de religione conferant et domus Vbi conuiuentur.

De cauſa efficiente.

Cauſa efficiens / eſt Spiritus Sanctus / qui ſingulos admonet / in his duobus pſalmis. Ecce nunc benedicite dominum etc. Ecce quam bonum et quam iucundum etc.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De materia.

Conferendi materiam ſuppeditet Præpoſitus / conuiuandi vero Celebrator collationis.

De materia collationis.

Hæc ſit de doctrina / ceremoniis et vita ſeu conuerſatione parochorum ac diaconorum.

De materia conuiuii.

Sit frugale prandium ad vnam tātum horam cum carnibus maceratis ac recentibus et cum aſſatura / Deinde cum potu quamtum ſatis eſt ad refectionem ſeu hilaritatem non ebrietatem.

De forma collationis.

Hæc ſit celebratio cœnæ / primum / ſi adſunt communicantes / ſin minus concio ta-

men

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

men de loco aliquo communi / quem præpoſitus et cuius intereſt proponat / idque/ vt cæteri iudicent de ipſius doctrina et eruditione.

Deinde ſemotis laicis omnibus collatio et examen ſingulorum parochorum et diaconorum fiat in Sacriſtia / vt vocant/ ſeu in choro/ſi ſecretior locus non habeatur. Porro/ ſingulorũ examen ſit de doctrina/ ſtudiis/libris et profectu ſeu progreſſu vniuſcuiuſque in cognitione ſacrarum literarũ.

Quiſque pronuntiet libere / quod de fratre audierat/ſeu quod eſt in ore vulgi.

Mox de ceremoniis vel ſimilibus vel diuerſis / vt ſint omnes concordes tandem iuxta ordinationem/ne vulgus ipſum ſcandalizetur.

Poſtremo/ de vita/ conuerſatione / domo/familia/ domeſticis/ſtructura/ œconomia / fama/ vxore et liberis / vt vita cuiuſque reſpondeat doctrinæ. In his / tres horæ vſque ad prandium collocentur.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De forma Conuiuii.

Conuiuii forma ſit mediocris apparatus duarum aut trium menſarum/ prima pro parochis/ſecunda pro vxoribus et tertia pro diaconis et famulis ſeu aurigis.

Conuiuio dentur tres horæ /quibus ex diſpenſatione/ quarta ſi libet addatur / vt prima tantum ſit prandii/ reliquæ duæ aut tres/ honeſtæ compotationis a duodecima/videlicet/ vſqz ad ſecundam vel tertiam horam/vt ante ſolis occaſum quiſque domum diſcedat. Nemo vero ex conuiuis in domo conuiuii niſi ſumma neceſſitate coactus pernoctabit / ſed propriam domum petat.

De Colloquiis.

Colloquia ſint pia et honeſta de rebus quæ ſpectant ad religionem/ vt tractant fabrilia fabri /Si vero interim admiſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

ceantur iucunda / non tamen ſcurrilia ſeu ioculatria ſcommata. Nec admittantur Cytharedæ / Lyrani / tibicines / aut ſcurræ pro exhilarandis conuiuis.

De Gratiarum actione.

Sint poſt gratias lectas hæ cantiones / porro cantandæ pro gratiarum actione.
In prima hora poſt prandium. Summæ Trinitati etc.
In ſecunda / Apparuerunt Apoſtolis etc.
In tertia. Ite in orbem etc. Deinde ſit conuiuii finis / vt omnia mediocriter et honeſte gerantur ſicut decet ſanctos.

De cauſa finali

Fines huius collationis hi ſunt præcipue / videlicet / mutua fratrum concordia / charitas / auxilium / conſilium / contributio / patrocinium ꝛc. Vt ſibi inuicem perpetuo ſeruiant et ſe conſolentur / ægrotis mittant

ſtant ſubſidium. Jn cauſis iuſtis pro ſe inuicem reſpondeant et demortui fratris funus ad ſepulturam deducant.

De poena Tranſgreſſionis.

Tranſgreſſores horum mediocri iuxta conſilium fratrū et leges ſūptuarias/ mulcta puniantur. Contemptores vero vel in ordinem redigantur vel prorſus arceantur.

Tabula continens diuiſionem Synodi.

Synodus deriuatur a ſyn et odos/ quaſi comes in via/et ſignificat conuentū/ cœtum/cōcilium/comitia/in quibus multi comites/qui ſunt inuicem in comitatu/ et vel ciuilia negotia / vel ea quæ ad religionem ſpectant/ſerio tractant. Unde Synodalia/ quæ in Synodo tractantur.

Concilium dicitur a latino verbo antiquo concalando/ hoc eſt/conuocādo/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

nec tamen dubium eſt/quin verbum calo a greco καλέω / ideſt / voco dicatur / vnde Calendæ dicuntur.

Differunt ergo Synodus et conciliũ a ſe inuicem/præter Etymologiæ rationẽ/ vt genus et ſpecies. Nam Synodus dicitur omnis conuentus vniuerſalis aut particularis / quæ fit ad conſeruandam religionem. Concilium vero eſt Synodus conuocata ab aliquo Monarcha / propter grauiſſimas cauſas in religione. Eſtque duplex Synodus. Vniuerſalis et particularis.

De vniuerſali Synodo.

Vniuerſalis eſt Epiſcoporum et aliorum Eccleſiæ primorum conuentus et comeatus ad certum locum / ex mandato Principis ſeu Monarchæ conuocantis eos ex toto imperio / vt conferant de dogmatibus / iuxta Analogiam fidei / contra hæreticos et ſchiſmaticos / Ideo vocantur tales Synodi concilia / quia conſcribuntur et cõ-

uocantur

uocantur a ſeculari poteſtate / vtpote cuſtode vtriuſque Tabulæ / quantum ad externam obſeruationem attinet. Porro vniuerſales Synodi / ſeu vniuerſalia concilia ſunt præcipue quatuor, vt Nycena Synodus / Conſtantinopolitana / Epheſina et Calcedonenſis.

De Nycena.

Nycena Synodus in quam Conſtantinus Imperator conuocauit ex tota Chriſtianitate / in Aſiam minorem / trecentos decem et octo Patres tempore Sylueſtri papæ contra Arrium de conſubſtantialitate Chriſti. Anno ipſius 338.

De Conſtantinopolitana.

Conſtantinopolitana Synodus / in qua Gratianus Imperator conuocauit Cōſtantinopolim 150. Patres cōtra Macedonium et Eudoxum pro Spiritus ſancti deitate vindicanda ſeu tuenda. Anno Domini 383.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De Epheſina.

Epheſina quam conuocauit Theodoſius iunior Imperator ducētis Patribus contra Neſtorium/de vnica Chriſti in duabus naturis perſona/et contra Pelagianos. Anno 434.

De Calcedonenſi.

Calcedonenſis a Martino Imperatore conuocata ſexentis triginta Epiſcopis contra Manicheos et alios hæreticos Anno domini 454.

Hæ quator ſunt primæ et principales Synodi/quæ vniuerſales dicuntur/quibus aliæ quatuor adduntur. Vt

Conſtantinopolitana/ſub Agapito/contra Theodorum et Anthimum / quod Maria ſit Theotocos Ideſt/mater Dei. Anno 541.

Conſtantinopolitana contra Monotelitas damnantes ſecundas nuptias.

Anno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Anno 677.

Nycena de habendis imaginibus et de ſpiritus ſancti proceſſione.

Conſtantienſis in Sueuia / vbi Johannes Hus et Jeronimus de Praga iniuſte necantur.

De particulari Synodo.

Particularis eſt conuentus Epiſcoporum et aliorum Eccleſiæ Miniſtrorum ſine conuocatione imperiali. Tales etiam dicuntur particularia concilia / quia ab ipſis Epiſcopis conuocantur / et particulares Synodi ſunt aliæ Nationales / aliæ diœceſanæ et aliæ prouintiales.

Nationales / quando ex toto aliquo regno conueniunt primores Eccleſiæ et ſumma capita religionis.

Diœceſanæ / quando ſinguli Epiſcopi cum ſuis præpoſitis et parochijs conueniunt in cauſis religionis.

Prouinciales vero / quando ſinguli præpoſiti ſuarum prouinciarum parochos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

et alios verbi Dei Miniſtros conuocant/ vt ſupra de collatione Parochorum.

Tabula de exercitiis Scholaſticis.

Inter decreta Synodi Antuorſchoenſis de Scholis/hæc habentur.

Quia ſingularis triuialium ſcholarum cura/in regia ordinatione nobis commendata eſt/et ex officio/ vt vitetur confuſio ingeniorum/quæ ex varietate doctrinæ/iuuentuti propoſitæ oritur/volumus et ſtatuimus/ vt omnes et ſinguli triuialium ſcholarum Moderatores vniformitati ſcholaſticæ inſtitutionis/quantum fieri poteſt/ſtudeant. Ad quam conſeruandam ſingulis triuialium ludorũ Rectoribus tabulam a venerando viro D: Doctore Petro Palladio Superintendẽte Siælandiæ conceptam et conſcriptam mittimus/quam in inſtituenda iuuentute/vbique ſibi proponãt

et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

et diligenter ſequantur.

Schola priuata ſeu triuialis / vt vocant et latina / pro pueris inſtituendis ordinata bifariam diuidi poteſt / vt altera ſit minor / altera maior.

De minoribus Scholis.

Minor Schola triuialis dicitur / quæ eſt in oppidis / cui præſit Bacchalaureus promotus / vel ſine / vel cum Collaboratore vno atque altero / prout numerus puerorum creſcit vel decreſcit / Hæc in duas claſſes diſtribuatur.

De Prima claſſe.

Prima ſit eorum puerorum / qui verſantur.

In
- Abcdario libello.
- Donato legendo.
- Vocabulis diſcendis.
- Catechiſmo edicendo.
- Pingendis literis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De ſecunda Claſſe.

Secunda ſit eorum / qui exercentur.
Catone et Sulpitio conſtituendis ac
Gramatica Torrentini
ediſcendis.
in qua ſeorſim examinentur.
Grammatica Philip: Melant:
et Johannis Spangebergii.
In Fabulis Æſopi
Pœdologiis Moſellani.
Sententiis ediſcendis.
Vſuali muſica.
Epiſtola ſcribenda.
Catechiſmo.
Dominicali Euangelio.
Pſalmis.

Poteſt autem hæc ſecunda claſſis / per oc-
caſionem creſcente numero diſcipulorum
diuidi in duas partes / vt accedat etiam
tertia Claſſis et ſecundus Collaborator.

De maioribus Scholis.

Maior

Maior Schola triuialis dicitur/quæ eſt in ciuitatibus et locis Cathedralibus/ cui præſit Magiſter artium promotus cũ quatuor Bacchalaureis promotis. Hæc in quinq; claſſes diſtribuatur.

De prima Claſſe.

Prima Claſſis eorum ſit/qui hæc agũt vt.

Abcdario libello literarum combinationem diſcant.

Donato legendi rationẽ.

Catone conſtruendi modum.

In Catechiſmo vt diſcant pietatis exercitium.

Vocabulis diſcendis latinæ linguæ copiam.

Literis pingendis vſum ſcribendi.

De ſecunda Claſſe.

Secunda claſſis eorum ſit / quibus proponuntur.

Gram-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Grammatica Torrentini/Philippi et ali-
orum pro declinandi & coniugandi ratione.
Æſopi fabulæ pro exercitio Grãmatices.
Pædologia Moſellani pro informandis
moribus.
Colloquia Eraſmi vt diſcant loqui latine.
Sententia prouerbialis vt diſcant copiam
latine linguæ.
Epiſtola ſcribenda/vt diſcãt latine ſcribere.
Vſualis muſica pro Cantandi ratione.
Dominicale Euangelium et Pſalmi vt
diſcant pietatem.

De Tertia claſſe.

Tertia eorum ſit/quibus proponuntur.
Grammatica Torrentini/ Philippi &c.
pro exacta Etymologiæ et Syntaxios
cognitione.
Terentii et Plauti Comediæ puriores
pro exercitio Grammatices.
Epiſtolæ Ciceronis pro latine loquendi
et ſcribendi vſu.
Exercitiũ ſcribendi epiſtolam ſemel ad mi-
nus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

nus in ſeptimana.
Exercitium cantandi ex vſuali Muſica.
Exercitium ediſcendi / per duo carmina moralia.
Exercitiū pietatis in Euāgelio Matthei / in Prouerbiis Salomonis in Epiſtola ad Timotheum et in prima Iohannis Epiſtola.

De Quarta claſſe.

Quarta ſit eorum / quibus proponuntur Grammatica Torrentini / Philippi ꝛcꝛ. præſertim p exacta Proſodiæ cognitione.
Opera Vergilii.
Metamor: Ouidii.
Officia Ciceronis.
Epiſtolæ familiares.
Ratio conſcribendi carmina.
Libellus muſices artificialis.
Exercitium ſcribendi Epiſtolas et carmina. Pſalterium Eobani / Ieſus Syrach et Epiſtola Pauli ad Titum / pro exercitio pietatis.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De quinta claſſe.

Quinta ſit eorum / quibus proponuntur. præter ea / quæ ad Grammaticam ſpectant / Elementale græcum.

Dialectica et Rhetorica Philippi.

Epiſtola ad Romanos cum Euangelio dominicali pro exercitio pietatis.

Exercitium ſtyli ſemel in ſeptimana ad minus.

Exercitium muſices artificialis.

De Scholaſtico Exercitio in templis ex Antuorſchoenſi Synodo.

Seruetur Exercitium Scholaſticum quotidie in Eccleſiis / quibus adeſt Schola / iuxta ordinationem / et ne literaria ſtudia iuuentutis in Scholis expedienda hoc exercitio / templorũ frequentatione / impediantur / tantum vnum quartale huic exercitio impendatur.

Matth: xviii.

Sinite paruulos venire ad me talium eſt Regnum cœlorum.

Qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Qui receperit vnum paruulum talem in nomine meo me recipit.
Nolite contemnere vnum ex his puſillis. Angeli eorum ſemper vident faciem patris qui in cœlis eſt.

Synodoalia
quædā de Scholis triuialibus.

Dabunt operam Superintendentes et præpoſiti/ vt in paruis etiam oppidis inſtituatur aliqua ſchola/ ad quam habeant rationem /ne rurſum per negligentiam diſſipetur. Idem in Monaſteriis agendū eſt.

Scholaſtici pueri / ſtatim excitentur hora quinta mane / vt ad extremum ſint in Schola per æſtatem in medio ſextæ /per hyemem vero ſexta hora / vt plagas euadant / et ſit Donatus eorum prima lectio ſemper /qui ſingulis ſeptimanis /iuxta antiquam conſuetudinem repetatur /et applicentur pro Remigio Rudimēta Deſpauterii de

octo partibus orationis.

Ludimagiſtri et hypodidaſcali/debēt perpetuo ſuas lectiones ſeruare/vt in Collegio. Et ſi quis eorum / ebrius ingredi ſcholam præſumat / vel plagoſus inueniatur nō ſeruans iuſtum corripiendi modū / is cum ignominia ab officio deponatur. Similiter ſi per ebrietatem aut negligentiam officium ſuum intermittit. Præterea nemo debet vti ferula / qua membra puerorum luxari poſſunt/ſed alias debet virgis corrigere pueros/tamen in hunc vſum ferula concedatur / ſi Ribaldus aliquis opponat ſe ludimagiſtro vel hypodidaſcalis.

Nulli ex Scholaſticis geſtabunt pileos vel alia capitegmina / quæ non decent Clericos / ſed ordinariā veſtem iuxta morem clericalem / pro ſua virili portent / nec quiſquam geſtet pugionem aut dagerum/ vt vocant.

Nullo modo debet hic articulus ab vllo Ludimagiſtro negligi/ de ratione ingenii

puerorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

puerorum habenda / nec omittat ſignificare parentibus ingenii tarditatem vt in tempore talibus / qui non ſunt apti / nati ad ſtudia bonarum literarum / proſpiciatur.

Hic admoneantur Ludimagiſtri / vt libenter hortētur adultos nōnihil Scholaſticos / vt deinde viſitent Vniuerſitatem.

Quicunqz inter Scholaſticos inueniuntur / qui potationibus indulgent / aut nocturnis diſcurſionibus per plateas / Item tabernariis cōmertiis / ſcortationi / ſtupro / pugnationi vel aliis turbationibus.
Primum corripiantur. Deinde a
ſchola arceantur. Poſtremo
rogandus eſt Magi-
ſtratus vt etiam
ciuitate eos
expellat.

D Decl-

De lectionibus
Scholæ Haffnenſis.

Petrus Palladius Lectori.

CVm in viſitatione Eccleſiarum admoneātur ludimagiſtri/ vt hortētur Scholaſticos ætate prouectiores et eruditiores/ ad viſitandas Academias/ quo vberiorem doctrinam conſequantur: operæ pretium me facturum exiſtimaui / ſi lectiones quæ per dei gratiam / iuxta fundationis præſcriptum/ in hac regia Academia Haffnenſi perpetuo obſeruantur /quaſi in tabella quadam breuiter proponerem. Hac enim ratione/me illis ſaltem gratificaturum ſpero/quos Deus opt: max: ex vtero matris deſtinauit / vt liberali eruditione exculti ad gubernacula Eccleſiarum et Politiarū aliquando ſedeant. Ita enim communi ſaluatori noſtro viſum eſt/vt talibus mediis Eccleſiæ et Politiæ in hoc mūdo adminiſtrentur/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

tur/ quo omnes in vnum corpus coaleſca-
mus/cuius caput vnicū eſt Jeſus Chriſ-
tus. Quapropter hoc vnum effectum red-
dere per hanc tabellam cupio (interea ro-
gans Patrem cœleſtem per filiū ſuum/do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtum/ vt cum
docentibus / tum diſcentibus ſua gratia et
ſpiritu adeſſe dignetur) vt Scholaſtici paſ-
ſim in triuialibus Scholis ſub ſuis præcep-
toribus militantes hinc admoneantur/ quæ
ſint ordinatiœ huius inclytœ Academiœ lec-
tiones tametſi ſubinde altœ publice et pri-
uatim a doctiſſimis huius Academiœ pro-
feſſoribus lectiones proponuntur / qui hoc
ſolum ſpectant/ vt ſuos auditores doctrina
liberali/pietate ac virtute reddāt ornatiores.
Neque enim fieri poteſt / vt ignari prorſus
huius Scholaſticœ ordnationis / ad eam
amandam excitentur. Jgnoti enim iuxta
prouerbium/nulla cupido. Quod reliquum
eſt/peto/ vt candidi lectores hanc noſtram
qualemcunque opellam boni conſulant / et
ſummis votis oro communem patrem in

 nomine

nomine domini noſtri Jeſu Chriſti/vt omnium Scholarũ pia ſtudia et exercitia promoueat/ad ſuam gloriam et multorum ſalutem. Haffniæ viii. Calendas Septembris Anno Domini M. D. Lv.

Scholæ Hafnienſis perpetuæ lectiones ex Regia fundatione breuiter indicatæ.

ORdinarii dies lectionum/in ſingulis ſeptimanis ſunt quatuor/dies lunæ/martis/Jouis et Veneris.

Theologi.

Tres Doctores Theologiæ/ſacras literas veteris et noui Teſtamenti interpretantur/atque hi ita inter ſeſe partiuntur labores vt in Moſe/Prophetis/Hiſtoria Euangelica et Epiſtolis Apoſtolorum perpetuo fiant prælectiones/Idque eo conſilio/vt eo citius vniuerſa Scriptura ſancta auditoribus proponi poſſit/Suſcipiunt quoque interdum

interdum locos Communes ſuſius enarrā-
dos / id quod ad Scripturā recte intelligen-
dam ſumme neceſſarium eſt.

Jureconſultus.

Jureconſultus vnus / inſtitutiones
iuris / Arborē conſanguinitatis et quoſdam
locos communes ex iure ciuili diligenter
tractat. Addit etiam quædam ex legibus
Platonis ac Ciceronis et ex Ethicis atque
Politicis Ariſtotelis ꝛc. Vt hac iucunditate
et varietate ſimul et vtilitate ſtudioſi iuue-
nes / qui profuturi reb: publicis et Eccleſiis
ſperantur / ad lectionem alliciantur.

Medici.

Duo doctores / operas inter ſe parti-
untur / a quib: ordinariis duob: diebus præ-
leguntur / nunc vtiles aliquot libri Auicen-
næ aut Raſis / nunc practicus aliquis liber
vel ex Neotericis / Itē vtiles libri Galeni
aut aliqui Hyppocratis. Reliquis vero duo-
bus diebus legunt alter in Phyſica vnum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

et alterum libellum Ariſtotelis/et interdum addit aliquas Iſagogas medicinæ et Anatomica. Alter in Mathematica / Theoricas planetarum/ aliquot libros Euclidis tabularum aliquarum vſum et cum oportunum fuerit pro auditorib: etiam Ptolomeum. Item interdum aliqua Aſtrologica/ ſummã aliquam de iudiciis / Superſtitioſa vero a Chriſtianis medicis aliena ſunt.

Artium Profeſſores.

primus.

Profeſſor Pædagogicus bis legit ſingulis diebus ordinariis/huius ordinariæ lectiones / hæ ſunt. Grammatica domini Philippi Melanthonis cuius præcepta mane auditoribus diligentiſſime proponit et ab eiſdem eadem repoſcit / Addit huic lectioni Terentium /et interdum aliquam Plauti fabulam honeſtiorem et commodiorem/aut venuſtum aliquem Eraſmi dialogũ. Tradit ordine Etymologiã /Syntaxin et Pro-

ſodiam

ſodiam. Nonnunquam etiam Grammati-
cam Linacri prœlegit et auditoribus com-
mendat lectionem Elegantiarum Laurentii
Vallæ. Poſt prandiũ tractat Eraſmum de
duplici Copia et de Conſcribendis Epiſto-
lis / quandoque commodiorem aliquem li-
bellum de faciendis carminibus et adhoc
ſæpe adhibet elegantiſſimos verſus quoſdã
et integros locos ſelectos ex Poetis / qui
verſus ſimul vitam ſuis ſententioſis dictis
bene inſtituunt. Offerunt et auditores ſæ-
pe vel ſuas Epiſtolas / vel ſua carmina emẽ-
dãda. Dominica die mane tradit κατήχησιν
doctrinæ Chriſtianæ dilucide et breuiſſime
atque ſimpliciſſime.

Secundus.

Profeſſor Dialecticus dieb: ordinari-
is tradit Philippi dialectica / quib: abſolu-
tis addit nunc libellũ Ciceronis ad Herẽni-
um / nunc aliquam Ciceronis orationem / in
qua monſtrat vſum illorum præceptorum
et deinde redit ad Dialecticam et repoſcit di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

ligenter ab auditoribus præcepta. Huic lec-
tori ſunt aſſignatæ duæ aliæ horæ in Heb-
domada/quibus legit nunc Vergiliū/nunc
Metamorphoſin Ouidii /nunc partem ali-
quam Liuii &c.

Tertius.

Profeſſor Rhetoricus dieb: ordina-
riis prælegit aliās partem Quintiliani /
aliās lib:de Oratore ad Quintū fratrem/
interdum accipit a Pædagogo Eraſmum de
conſcribendis Epiſtolis. Item nunc orati-
onem aliquā Ciceronis / nunc Artem poe-
ticam Horatii. Cū hoc magiſtro Græcus
lector etiam partitur operas. Ita / vt cum
Græcus lector tradit Gramaticen hic
Rhetoricus enarret aliquem Græcum au-
torem. Huic etiam Magiſtro ſunt aſſigna-
tæ duæ aliæ horæ in Hebdomada. Interdū
enim legit Epiſtolas Ciceronis / quando-
que Officia Ciceronis et Faſtos Ouidii/
in quibus ortus et occaſus ſtellarum dili-
genter explicantur.

Quartus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Quartus.

Profeſſor Græcus / diebus ordinariis prælegit Grammaticam græcam. Itē Græcos Poetas et Oratores / ex Poetis præcipue Homerum / Theocritum / Sophoclem / Euripedem et Heſiodum propter moralia præcepta et propter Sphærica / vbi adigitur hic lector / vt ortus et occaſus ab Heſiodo diſcriptos recte et erudite explicet / vt Scholaſticos ad illā partem Philoſophiæ inuitet et vſum eius in Poetis oſtēdat. Ex oratoribus orationes Iſocratis et aliquid Demoſtenis. Interdū quoqꝫ enarrat aliquam Pauli Epiſtolam Græcam. Huic quoqꝫ aſſignatæ ſunt duæ aliæ horæ in hebdomada / quando legit alias orationes Ciceronis / alias aliquam Epitomen Rhetorices.

Quintus

Profeſſor Phyſicus / diebus ordinariis tradit Compendiū aliquod Phyſices / alias Alberti Magni / alias Philippi / alias

Joannis Velcurionis. Interdū ipſa Ero-
temata Ariſtotelis proponit. Nonnunquam
etiam alios Phyſicos libros ex arbitrio
Profeſſorū. Præterea huic Profeſſori vnus
dies quo præleget Dialecticam Ariſtotelis
græce aut latine/ ſtatuetur.

Sextus.

Profeſſor Mathematicus /diebus or-
dinariis tradit elementa Mathematū/ Ari-
thmeticam /Tractatum de Sphæra/ de-
inde Theoricas planetarum / quarum
vſum in tabulis reſolutis/ oſtendit. Item
Coſmographiam Apiani/ quibus abſolu-
tis ad Arithmeticen redit. Huic quoqꝫ pro-
feſſori vnus dies et certa hora ſtatuetur vt
legat aliquando Epitomen moralis Phi-
loſophia Philippi/ et poſt hanc ordine li-
bros Ethicorum Ariſtotelis græce etc.

Septimus.

Lector Rhetoricus duabus horis in
ſeptimana tradit Elemēta hebrææ linguæ/
con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

coniugationes/et quomodo eruantur Themata / quaranturque radices dictionum / diligenter monet atque vſum in Pſalmis et aliis ſcripturæ ſacræ libris oſtendit.

Octauus.

Lector Muſicus docet muſicam et canit dieb: ordinariis hora duodecima. Cuius experimentum in Eccleſiis / per feſta / cum ſtudioſis et pueris ſuis oſtendit.

Diſputationes et declamationes.

Diſputant ſinguli Profeſſores quater in anno et ſemel declamant. Diſputationes quidem maiorum facultatū fiunt die Mercurii. Magiſtrorum vero Sabbatho ab hora octaua vſque ad decimam. Declamationes vero dominica die in æſtate hora quarta / hyeme vero donec tenebræ illam horam occupant / fiunt hora prima. Solent etiā alii adoleſcentes ſæpius declamare ex mandato domeſticorum Præceptorum.

Repetiti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Repetitiones

Die Mercurii conſtitutis horis Magiſtri prælecta ordinariis diebus publice repoſcunt ab auditoribus / emendant illorũ ſcripta etc. Proponunt paradigmata declamationum.

Habes candide Lector in hac tabella breuiter propoſitam ſummam de exercitiis ſcholaſticis in hac Regia Academia Haffnenſi. Precor dominum noſtrum Ieſum Chriſtum / vt ſtudia pia et vtilia Eccleſiæ / vbique accendat et exuſcitet / vt omnibus gentibus illuceſcat Euangelium et propagetur ac ornetur gloria Dei. Scimus non aliud eſſe honeſtius aut melius opus inter humana / quam recte docere homines de Euangelio et de cæteris honeſtis et vtilibus rebus. Quare et feramus ærumnas / quæ in hoc vitæ genere ſunt ferendæ plurimæ / et ſciamus non defuturum nobis auxilium Chriſti. Videmus Diabolum inſidiari noſtro ordini / meris technis et excitare

citare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

citare varia ſcandala/ſed oremus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum/ vt depellat diabolum et noſtra pericula gubernet / Cunque res vtiliſſima ſit Eccleſiæ / ſcholarum pius conſenſus/perpetuam concordiam inter nos tueamur/et inuicem noſtri memoriam amanter retineamus.

Diuiſio Philoſophiæ.

Pet. Pall. Pio lectori.

Exiſtimo non minus operæ pretium / quam neceſſarium eſſe / ſi principalem totius Philoſophiæ diuiſionem quaſi in tabella/Studioſorum oculis/breuiter hic in fine/ſubiiciam et ſubiungã. Idque propter eos præſertim / qui ſtudiis humanioribus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

bus primum initiati / vniuerſitatis Recto-
ri ſua nomina dederunt / vt inde ea / quæ
ſaltem in Philoſophia reſtant diſcenda /
quam diligentiſſime perpendant / modo to-
tam Cyclopoediam bonarum artium / per
Dei gratiam, abſoluere conentur. Ne ſibi
perſuadeant / tum ſtatim abſoluta eſſe litera-
rum ſtudia / cum declinandi et coniugandi
rationem ex Grammatica cognitam habe-
re videantur. Parum enim adhuc didice-
runt / et quaſi fundamenti partem iecerunt /
præquam ſunt ea / quæ ſequuntur adhuc
ſuperſtruenda et perdiſcenda / præſertim iis /
qui ex prouidentia diuina ſedebunt ad gu-
bernacula rerum in Eccleſia vel in Politia /
Nec eſt / quod quiſquã deſpondeat animum
quin / ſi conetur / inuocato diuino auxilio /
perueniat et pertingat ad ipſum Philoſo-
phiæ faſtigium / cum nihil ſit tam difficile /
quin adhibita mediocri diligentia / facile fi-
at. Eſt quodam prodire tenus / ſi non datur
vltra. In ſtudiis bonarum artium et Phi-
loſophiæ texuntur corbes / in quibus Euan-
gelii

gelii theſaurus cuſtodietur/et populo Chriſtiano fideliter proponetur.

Diuiſio Philoſophiæ

PHiloſophia eſt ſapientiæ ſtudium / et diuinarum humanarumqȝ rerum noticia/quatenus humana ratio aſſequi poteſt/cuius partes tres ſunt/Logica/Phyſica et Ethica.

Prima pars Philoſophiæ

LOgica quæ ſermocinalis et rationalis dici poteſt. Eſtque verborum/orationis et argumentorum cognitio. Ad hanc tres artes referuntur. Grammatica/Dialectica et Rhetorica.

Grammatica eſt recte ſcribendi recteque et emendate loquendi ars / Poetarum enarrationem continens. Eſtque duplex ſcilicet Methodica et Exegetica.

Methodica eſt quæ conſtat regulis et præceptis de Ortographia/ Proſodia / Etymologia et Syntaxi / in artis formam

collectis

collectis et vſu probatis.

Ortographia eſt recta ſcribendi ratio.

Proſodia eſt noticia accentuum.

Etymologia eſt quæ diſcrimina caſuum in dictionibus tradit.

Syntaxis eſt quæ modum coniungendarum vocum ſeu extruendæ orationis præcepta tradit.

Exegetica eſt quæ in enarratione bonorum Autorum poſita eſt/ et methodicam accommodat dictionum phraſiumque naturam excutiens.

Dialectica eſt ars ſeu via recte/ ordine et perſpicue docendi. Seu ars probabiliter de qualibet re prepoſita diſſerendi. Cuius partes duæ ſunt. κριτικὴ et τοπική.

κριτικὴ eſt iudicandi ſcientia/ quæ formas et cõſecutiones argumẽtorũ diiudicat.

τοπικὴ eſt inueniendi ſcientia/ quæ locos/ hoc eſt certos indices et vias inueniendi argumenta ad quamlibet quæſtionem propoſitam confirmandam aut infirmandã

accom-

accommodata. Seruit et hac pars Ecphra-
ſi et copioſa rerum deſcriptioni.

Rhetorica eſt ars / quæ docet vi-
am ac rationem recte et ornate dicendi / et
in tres partes diſtribuitur ſcilicet / in vim
Oratoris / cui ſeruiunt.

Inuentio.
Diſpoſitio.
Elocutio.
Memoria.
Pronunciatio.

Deinde in Orationem / cuius partes ſunt.
Exordium.
Narratio.
Propoſitio.
Confirmatio.
Peroratio.

Poſtremo in Quæſtionem / quæ du-
plex eſt / ſcilicet / Infinita / qua Theſis di-
citur / et finita quæ Hypotheſis dicitur. Itē
cauſa et controuerſia.

Secunda pars Phi-
loſophiæ.

Phyſica quæ eſt in genere rerum na-
turalium et accidentium ſecundum naturã
ſcientia.

Huius tres ſunt partes ſcilicet. Ma-
thematica Phyſiologia et Metaphyſica.

Mathematica/qua ſolam quantitatem
continuam et diſcretam tractat a ſubiectis
et corporibus abſtractam / non quidem
reuera ſed imaginatione tantum. Seu quæ
de rebus a materia abſtractis agit. Cui
ſubiiciuntur Aſtronomia / Arithmetica /
Muſica et Geometria.

Aſtronomia / quæ eſt de Aſtrorum
menſura / hoc eſt / de corporum cœleſtium
magnitudinibus et motibus inquirendis
ſcientia.

Arithmetica eſt numerandi ſcientia
ſeu numerorum diſciplina.

Muſica eſt ars / quæ docet certam
rationem vocum et ſonorum. Eſtque tri-
plex. Metrica / ſyllabas et tempora ſylla-
barum dimetiens. Melodia / voces huma-
nas modulans / Organica inſtrumentis
canens.

Huic

Huic Poeſin/quam Pindarus vocat ἀοιδὸν Muſices/ſubiicito. Habet enim ſuū nomen a numero/menſura et harmonia.

Geometria eſt ſcientia menſurandi/terræ/cæterarumque rerum et corporum/magnitudines. Huc Geographia referenda eſt.

Phyſiologia ſiue Phyſica ſpecialis/eſt ſcientia quæ inquirit et patefacit cauſas generationum/corruptionum et aliorum motuum et qualitatum in corporibus totius naturæ rei/hoc eſt/docet principia/cauſſas/effectus/motum/quietem/locum/tempus/aliaque homini accidentia corporis mobilis/per octo libros Phyſicorum Ariſtotelis.

Deinde Coelum/mundum/ſtellas/Elementa quatenus in loco ſunt et loco mouentur/per quatuor libros de cœlo et mundo. Et hæc ſunt corpora ſimplicia.

Ad hæc de corpore naturali mobili et mutabili ſecundū formā ſubſtantialem vel accidētalē/vtpote cū mutatur in ſubſtātia/quan-

quantitate / qualitate / locoue / vt in duobus libris de generatione et corruptione. Huc refertur Medicina theorica . Itẽ Metheororum et Metallarium cognitio. Huc quoque impoſtores quidam referunt ſuam Alcumiſticam artem aut fallaciam potius.

Mox de anima et operationibus eius/quæ eſt principium vitæ atque virtutum naturalium / animalium et ſpiritualium in plantis et animalibus et in homine per tres libros de Anima et in Paruis Naturalibus / vt vocant.

Poſtremo de Corporibus et ſubſtantiis animatis/qualis eſt homo/de quo paſſim Ariſt: in hiſtoria animalium / Et plinius lib. vii. Atque alia plurima /qualia ſunt animantia bruta terreſtria/ aquatilia volatilia inſecta. Ariſt: in Hiſtoria de generatione animalium et de partibus animalium in lib: xviii. Quales ſunt denique plantæ/vt arbores/frutices /herbæ/de quibus Theophraſtus de Plantarũ hiſtoria.

Atque

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Atque huc refertur Medicina practica/ ſanitatis tuendæ morboſque curandi ſcientia in humano corpore per naturalia et artificioſa remedia / præterea præcepta huc pertinentia et Mathematices magna pars.

Tertia pars Philoſophiæ.

Metaphyſica / quæ conſiderat ſubſtantias corporeas et incorporeas / prout ſunt reuera per ſe / formamque habent motui et mutationi non obnoxiam / ſed a materia remotam et puram. Ad hanc Phyſicam ſpecialem etiam Aſtrologia pertinet / que inquirit cauſſas efficientes remotas et vniuerſales actionum / motuum et mutationum in corporibus.

Ethica/quæ eſt cognitio præceptorum de moribus et omnibus honeſtis actionibus / quas ratio humana iudicat in hac ciuili vita neceſſarias eſſe. Eſtque triplex ſcilicet. Ethica Politica et Oeconomica.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Ethica ſpecialis quæ eſt ſcientia docens cauſſas et effectus natiuos virtutum et officiorum et vitiorũ / oſtendenſque qualem ſe quiſque priuatim et publice citra infamiã / turpitudinem et iniuriam gerere debeat. Huc hiſtoriam / quia continet res geſtas ideſt virtutes et vitia / item facta hominum honeſta et turpia / referto.

Politia eſt ſcientia reipub: adminiſtrationem dirigens. Huius partes ſunt tres ſcilicet νομικὴ ἡγεμονικὴ et στρατιγιτικὴ

Νομικὴ legalis ſcientia docens leges et formam reipub: et modum parendi legibus / quæ ad communem concordiam inter homines retinendam ſunt conſtitutæ.

ἡγεμονικὴ docens officia et iura Magiſtratuum maiorum atque minorum / quonam modo præeſſe debeant.

στρατιγιτικὴ militaris rei ſcientia ad duces et milites pertinens et huc refertur ius militare.

Oeconomica quæ eſt ſcientia vel prudentia adminiſtrandi rem domeſticam.

De Theo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

De Theologia

Theologia quod ad legem attinet / quatenus humana ratio eam intelligit ad Ethicam refertur.

Euangelium autem ſub nulla parte Philoſophiæ comprehenditur. Eſt enim doctrina rationi non ſubiecta ſed diuinitus reuelata / cui Philoſophia cum omnibus ſuis ſpeciebus ancillatur / vtinam ad gloriam dei ſempiternam Amen.

Habent Eccleſiarum Præpoſiti in his regionibus et terris / quædam Chriſtianæ religioni neceſſaria / quæ tam in Scholis / quam in Eccleſiis / per annum / in viſitatione proponantur. Sunt autem rudius et craſſius conſcripta / nec ſine mendis Typographicis ædita / quæ tamen hic in fine libelli ſunt aſſignatæ / videlicet vt corrigantur. Aduerſa mea valetudo / nimirum / Hemiplexia (quam Deo patri per Chriſtum et Piorum aſſiduis precibus commendatam habeo) fuit in cauſa cur hic libellus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

non vſque adeo bene correctus exiit. Nihil enim eſt ex omni parte beatum.

Utinam illi quos Aulicos præpoſitos in Norvegia vocant/vel intelligerent ea/ quæ ſcripta ſũt in hoc libello/nec nõ piis Parochis fideliter proponerẽt/vel depoſito præpoſiti nomine & titulo/quẽ falſo ſibi arrogãt/ Præfectorũ et præfectulorum nomina/quæ conveniunt ipſorum officiis retinerent / et civilem Jurisdictionem apud Eccleſiaſticas perſonas fideliter promoverent / ſicut veri Præpoſiti iuxta regiam ordinationem inſtituti/pro Miniſterio Euangelii/proque Eccleſiaſtica Jurisdictione adminiſtranda/ tuenda et promovenda / iuxta Regiæ ordinationis præſcriptum ſolliciti eſſe debent. Porro de veris Eccleſiarum Præpoſitis ſic habet Epiſtola ad Heb: Cap: vlt: Mementote Præpoſitorũ veſtrorũ / qui vobis locuti ſunt verbum Dei/ quorũ imitamini fidem/intuentes exitum converſationis eorum. Et Paulo poſt. Obedite Præpoſitis veſtris et cedite eis. Ipſi enim vigilant quaſi ratio-

ſi rationem pro animabus veſtis reddituri/
vt cum gaudio hoc faciant et non gemētes.
Hoc enim non expedit vobis. Et rurſum in
fine Capitis. Salutate omnes Præpoſitos
veſtros et omnes ſanctos. Vel hic vnus
locus in hoc Capite ter repetitus oſtendit/
qui nam ſint veri/iuxta Canonicam ſcrip-
turam/Eccleſiarū Præpoſiti/quibus obe-
dientia præſtanda eſt/Alios præpoſitos nō
nouit Eccleſia Chriſti/niſi lupos pro præ-
poſitis quos magis timeat et fugiat/quam
ſequatur ac imitetur/Quare præſtaret vt
ſingulis officiis ſua/non aliena nomina
imponerentur.

Diuus Paulus ad Ro: xii: Præpo-
ſituram quoque enumerat inter officia Ec-
cleſiaſtica/cum ſic inquit/Qui præeſt/in
ſollicitudine. Hic præeſſe/non tam præeſſe/
quam prodeſſe ſignificat/cum is/qui præ-
ſit aliis in religione/curam habeat et ſolli-
citudinem/pro Eccleſiis/pro miniſtris et
miniſterio verbi/in doctrina/ceremoniis/

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

vita/ moribus et conuerſatione ſingulorum alioqui non eſt verus Præpoſitus/ſicut neque verus Epiſcopus / qui præeſſe et non prodeſſe cupit. Nam quemadmodum reliqui gradus miniſterii verbi paſſim in ſcriptis Propheticis et Apoſtolicis definiuntur/quinam ſint Apoſtoli / Prophetæ / Euangeliſtæ / Paſtores / Doctores / Diaconi &c. ſic et Epiſtola ad Heb: Cap: vltimo. definit Præpoſitos/eſſe verbi Dei miniſtros/qui verbum Dei loquuntur / qui fidem et bonã conuerſationem habent / aliis in exemplũ/ et qui vigilant rationem pro animabus reddituri.

¶ Vtinam ad hæc diligenter attendant illi/qui Præpoſituram/veram et Eccleſiaſticam abolitã / et Præpoſitos ab officio deponi cupiunt / Exiſtimantes humani iuris et humanæ autoritatis eſſe/talia officia inſtituere et confirmare vel abrogare et diſſipare / cum Chriſtus ipſe aſcendens in altum dederit talia dona hominibus / ad conſummationem Sanctorum in opus mi-

niſterii/

niſterii/ in adificationem corporis Chriſti/ donec occurramus omnes in vnitatem fidei et agnitionis filii Dei in virum perfectum/ in menſuram plœnitudinis Chriſti/ vt iam non ſimus paruuli/fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinæ/ in nequitia hominum / in aſtutia ad circumuentionem erroris &c. Epheſ: iiii

¶ Porro Diaconatus/ eſt etiam proh dolor in contemptu multorum / qui ſomniant ſatis eſſe / ſi feces aulicas et exquorum cuſtodes ſibi creauerint diaconos/ vt ſcilicet/erudiant iuuentutem in eo/quod ipſi didicerunt/ et quod Petrus / in aula Caiphæ/ſaltem vna hora didicit/ ſcilicet/ mentiri, iurare et maledicere/cum tamen diuus Paulus vocet veros Diaconos/doctores. Epheſ: iiii. hoc eſt/cōminiſtros paſtorum / et diſpenſatores myſteriorum Dei/ præcipue Catechiſmi. Quare etiam Catechetæ vocati ſunt/quos Paulus i. ad Timot: iii: ſtatim poſt Epiſcopos/cum vxoribus et liberis deſcribit / quales eſſe debe-

ant,

ant/videlicet /pudici /non bilingues/ non multo vino dediti / non turpe lucrum ſectantes / habentes miſterium fidei in conſcientia pura &c. quibus addit etiam promiſſionem cū inquit. Qui bene miniſtrauerint / gradum bonum ſibi acquirent et multam fiduciam in fide/quæ eſt in Chriſto Ieſu.

¶ Peccant igitur/ qui hos gradus in miniſteriis contemnūt/et ferant miniſtri patienter contemptum/certi quod eorum merces copioſa eſt in cælis Matth: v. Et quāquam a multis/viles / indigni et minus vtiles in miniſteriis iudicantur / tamen exiſtiment et certo ſtatuant in conſpectu dei et omnium piorum / ſuum miniſterium Deo placere et ſe vtiles/ac neceſſarios Eccleſiæ et dignos eſſe tam ſuo cibo/quam ſua mercede. Sit Chriſto gratia in æternum Amen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Errata.

Lege

Folio. A. iii: informant.
Folio. C. v. ediſcendo
Eodem verſa pagella lege ſic
Catone et Sulpitio conſtruendis ac ediſcendis
Grammatica Torrentini in qua ſeorſim examinentur.
Folio. C vlti: Synodalia.

Impreſſa Haffniæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

CVm hic Libellus propter meã aduer≈ ſã valetudinẽ/ ſit huc vſque protractus quantũ ad editionẽ attinet/ vt his diebus proximis/ante ferias Natiuitatis Chriſti/ nec non in fine huius præſentis anni pri≈ mũ finiatur Dominis Præpoſitis/quibus dedicatus eſt /deinde Parochis/ Ludima≈ giſtris/ Scholaſticis/ Poſtremo /omnibus piis lectoribus / tam non ſimpliciter vt do≈ num /ſed vt xeniolum meum/pro læto fu≈ turi Anni principio/progreſſu et/exitu mit≈ to/quibus etiam vt omnibus Chriſtianis / foelicem annum precor/in Puero nobis na≈ to /quem amplectamur / et filio nobis da≈ to /quem oſculemur et vſum Benedicti no≈ minis atque ſanctiſſimorum titulorum ipſi≈ us. Eſa: ix. diligenter et attente conſidere≈ mus ac meditemur/ vt nobis/ qui in tene≈ bris ignorantiæ Dei / concepti et nati ſu≈ mus/ lux diuina coeleſtis et æterna / cum vera Jeſu Chriſti cognitione ſemper oriatur luceat et nos illuminet ad vitã æternã Amẽ.

meã aduē
ie protractus
ot his diebus
tatis Chriſti/
ntis om̄n pri
poſitis/quibus
his/Ludima
emo/omnibus
mplicitet vt do
m/pro læto ſu
u et/exitu mit
s Chriſtianis/
Uero nobis na
filio nobis da
Benedicti no
titulorum ipſi
tente conſidere
/qui in tene
pti et nati ſu
eterna / cum
emper oratur
æternã Amē.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2

Det kgl. Bibl. Bogb.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1273 8° copy 2